

nerant, sed etiam, ut similem, reduplicative scilicet modum suæ processiois fundatum in principio naturali juxta dicta n. 170. Ad Consi. quod procedat Verbum divinum, ut simile principio producenti in essendo, utique non habet ex vi suæ processiois præcisè sumptæ, sed ex infinitate ejus, quod procedat, ut simile in representando, & intentionali-ter, hoc habet ex ratione sua formali, ut Verbum est, & ut ab intellectu procedit, quia natura sua producit sibi simile, solummodo intelligendo fit omnia; hoc enim inter est inter amorem, & Verbum, quod verbum est naturalis similitudo principii sui productivi, scilicet intellectus secundi, intentionalis quidem, & in representando tantum, si intellectus non est adequatus naturæ intellectivi in essendo, nec secundatus obiecto sibi realiter identificato, sicut in nobis; realis verò, & in essendo, si est ita adequatus, & secundatus, ut in divinis, amor verò ex genere suo non est similitudo, aut imago, exprimens rem amatam, sed potius pondus in eam; hæc igitur de causa Verbum divinum dicitur procedere, ut simile ex vi productionis, id est, ex ratione formalis illius in se considerata præcisè infinitate, non sic Spiritus Sanctus, qui procedit per modum amoris, & per principium liberum, amor autem non est assimilativus amatum, sed unitivus, hinc Dionysius de divinis nominibus capit. 4. amorem vocat, *virtutem unitivam*, & August. 8. de Trin. capit. 10. & l. 13. capit. 9. vocat pondus in rem amatam: *pondus meum amor meus*; quod si amor est transformativus amatum, ut aliqui contendunt, præterquam quod id est metaphoricè dictum, hoc neque convenit amori primario, sed tantum secundario, & concomitante.

179 Dices, si Verbum hic ratione dicitur procedere, ut simile producenti ex vi suæ productionis, ergo ex vi productionis suæ non producit, ut primo Deus, & similis in essendo realiter, sed tantum, ut similis in representando, & intentionali-ter, & ut primo notitia, & ita ex vi productionis suæ non magis procedit Deus, quam Spiritus Sanctus, ut supra vidimus contra Thomistas. Respondetur, non deesse ex Scotistis, qui concedant sequelam assumptam, dicentes, notitiam genitam in generatione Verbi, & amorem spiritum in processione, S. S. esse terminos formales, quod nuntur etiam ex Scoto probatur, hinc consequenter dicitur, Verbum procedere, ut primo notitiam, S. S. ut primo amorem, ita Brancastus qu. 6. cit. n. 49. Hoc tamen nec verè, nec Scoticè dicitur, nam sicut in creatis terminus formalis est natura, que termino totali, hoc est, supposito producto ad producentem communicatur, non autem proprietates hypostaticæ, sive aliquid naturam ipsam concomitans, ita quoque philosophandum est in divinis; Tùm quia si essentia non esset formalis terminus divinarum productionum, illa non esset univoca, nam productio univoca est, quando productum ex vi productionis eandem habet naturam cum producente, personæ autem divine producentes, & productæ conveniunt in natura, non in proprietatibus hypostaticis; Tùm quia Scotus p. d. 13. lit. T. ait, falsum esse, quod genitum ex vi generationis sit notitia primitivæ originis, quia sequeretur, Filium non habere divinam essentiam autè quodcunque aliud, tanquam aliorum radicem, & fundamentum; Neque valet, quod ait Brancastus, Filium, & S. S. considerari posse, vel quatenus sunt personæ productæ, vel quatenus constituta in suo esse; in primo sensu notitiam, & amorem esse terminum primum per se generationis, & spirationis, in secundo autem sensu essentiam esse primum terminum; Non (inquam) valet, quia quod est terminus primus, & formalis tui in fieri, est quoque primum, & formale; ipsam in facto esse constituentem, ut de se notum est; Tùm tandem, quia hinc sequeretur, Verbum esse vi suæ generationis non esse formaliter, & quidditative Deum contra id, quod dicitur in Symbolo *Deum de Deo*, quod etiam de Spiritu Sancto Catholicæ fæsentiam est; Itaque dicendum est, terminum primum, & formalem utriusque divine productionis esse divinam essentiam, atque ita in hoc sensu utramque personam productam ex vi suæ productionis esse formaliter, & quidditative Deum, si quandoque Doctor, notitiam genitam, & amorem spiritum in Verbi generatione, & in processione S. S. dixit esse terminos formales, dicendum est, Doctorem intellexisse id non proprie, sed appropriate, quatenus ex vi earum productionum Filio appropriatur notitia, & amor S. S. ut explicat ipsum quolib. 8. art. 3. Cum hoc tamen adhuc fiat, quod Verbum ex vi suæ productionis debeat dici procedere, ut simile producenti in tali sensu, ut nequeat id affirmari de Spiritu Sancto, atque ideo productio ejus dici possit, ac debeat generatio, non autem productio istius; & discrimen consistit in hoc (quod est valde notandum) quod Verbum, ut sic, habet, ut ex vi suæ productionis procedat, ut simile in natura principii producenti, prescindendo a similitudine naturali in essendo, & in representando; hoc enim postea illi accidit ex infinitate,

vel finite potentie, & obiecti; quare in creatis, ubi intellectus non est adequatus naturæ in essendo, Verbum procedit cum sola similitudine intentionali, & ut primo notitia; at in divinis, ubi est adequatus, & obiectum concedens potentiam est infinitum, procedit, ut primo Deus, & simile in essendo, quoniam in Verbo divino similitudo, & representatio intentionalis fit secundum esse substantiale; hoc autem dici nequit de productione Spiritus Sancti, ut sic, quia ejus productio est per voluntatem, que ex natura sua non habet producere simile in natura producenti, nec in essendo, nec in representando, sed est ratio producenti simile producenti, quatenus voluntas divina est, ac infinita, & hæc præcisè de causa Spiritus sanctus non dicitur procedere, ut similis producenti ex vi suæ productionis.

180 Quarto, etiam Spiritus sanctus producit per modum naturæ; ergo spiratio est generatio, probatur antecedens, nam etiam divina natura est principium quo, productionis Spiritus Sancti, aliàs ejus productio univoca non esset, quia terminus formalis productionis non esset ejusdem rationis cum principio quo, productivo; ergo ejus productio dici potest generatio, ut ipsa Filii productio. Respondent aliqui ex nostris negando antecedens cum ejus probatione, nam essentia divina concurrat utique cum intellectu divino, ut principium formale quo, partialis productionis Verbi, ac propterea ejus productio est generatio, quia concurrat, ut principium ipsa natura; at in productione Spiritus Sancti non concurrat essentia sub ratione principii, sed ut conditio per se requisita ad hoc, ut voluntati præferatur obiectum, de quo ipsa voluntas immediate, & totaliter producat amorem, atque ideo ejus productio non est generatio, quia nec est a natura, nec per modum naturæ, ita Rada contrav. 14. artic. 1. §. prima explicatio, que responso placet etiam Brancastus qu. 6. cit. n. 45. Verum sic dicendum relabimur in modum dicendi Thomistatum, qui ita discerebant n. 146. & rejecti sunt n. 147. ubi diximus, divinam quoque essentiam concurrere in ratione obiecti ad secundandam voluntatem pro S. S. productione, adeo ut simul sumpta constituant proximum, & adequatum principium quo, productionis Spiritus Sancti, quam diximus esse doctrinam Patrum in Concil. Flor. sess. 18. & 19. & quidem hæc fuit perpetua Scoti sententia pluribus in locis i. d. 2. quæst. 7. §. obicitur contra illam deductionem, & d. 7. quæst. un. §. loquendo tunc, & d. 13. quæst. un. §. aliter ponitur, & d. 1. q. 1. §. quantum ad primum, & §. quantum ad secundum, & quol. 2. §. ad primum triplex est ratio, his (inquam) alii que in locis doct. Scotus, solam essentiam non esse adequatum principium quo, divinatum originem, sed cum intellectu, & voluntate, iteque intellectus cum essentia constituit unum totale principium quo, & proximum divine generationis, & voluntas cum essentia unum principium quo, totale, & proximum divine spirationis; quod etiam evidenter ratione probatur, nam essentia immediate est formalis terminus divine processiois, ut constat ex dictis n. præced. ergo proxime, & immediate est etiam principium quo, ejusdem processiois, consequentia probatur, quia in productione univoca terminus formalis in producto est ejusdem rationis cum principio productivo; & hoc est argumentum Scoti i. d. 7. quæst. un. §. loquendo tunc, ubi ita arguit ad hoc probandum; aliquid absolutum est formalis terminus generationis; ergo aliquid absolutum est formalis ratio, qua agens agit, probat consequentiam, quia impossibile est, agens communicare terminum formalem productionis, nisi agat forma æque perfecta; si sit actio univoca, vel forma perfectiori, si agit æquivoce; Quando ergo dicere solemus, intellectum, & voluntatem esse principia proxima divinatum productionum, planè non excludit immediatam essentiam concurrentem ad actum notionalem, sed solum ita vocantur ob determinationem intellectus, & voluntatis ad certum speciem, vel quasi speciem actum, cum essentia, ut sic, sit principium utriusque actus notionalis quasi universale, & per intellectum hæc voluntatem quasi determinetur, & specificeatur ad talem actum, que de causa appellatur particularia principia, & proxima. Quare ad argumentum negatur assumptum, ad probationem dicendum est n. 165. in fine, quando dicitur, essentiam esse principium quo, productionis Spiritus Sancti, sicut est Verbi, hoc ita intelligi debere, non quasi sit principium distinctum ab intellectu, & voluntate, ut ad eas productiones immediate concurrat, sed quatenus cum intellectu constituit unum principium secundum proximum generationis, & ut est unum principium cum intellectu est naturale tantum, & concurrat per modum naturæ, ut est unum principium cum voluntate est liberum tantum, & concurrat per modum libertatis, cui accedit, quod ait Doctor quol. 16. §. quod si obiectum immediate cum voluntate ponitur ad aliquem actum concurrere, tota actio est libera; patet igitur.

igitur, quod etiam ponatur essentia concurrere per modum partialis principii ad spirationem Spiritus Sancti, non adhuc concurrat per modum naturæ, quia applicatur ad agendum a principio libero.

181 Quinto tandem arguitur contra aliam rationem discriminis positam n. 171. inter processioem Verbi, & Spiritus sancti, quod illa sit generatio, hæc vero non, quia Verbum procedit per modum imaginis Patris, Spiritus sanctus autem minimè; pœro id impugnat Suarez lib. 11. de Trinit. cap. 5. si hæc ratio assignetur, ut distincta a ratione illa de similitudine ex vi processiois, quia sumitur ex principio minus certo, certius enim est, Spiritum sanctum non esse Filium, quàm non esse imaginem. Tùm 2. quia sumitur ex re valde obscura, obscurem enim est assignare rationem, propterquam Spiritus sanctus non sit imago, cum sit similis in natura principio producenti. Tùm 3. quia Filius non est Filius, quia est imago, sed è contrario est imago, quia est Filius, quod etiam affirmat Poncius disput. 10. n. 10. Tùm 4. quia ad rationem imaginis, que est in Filio, solum videtur requiri unitas specifica nature productæ cum producente, si talem naturam habeat productum ex vi processiois.

Respondetur, quæ ibi congerit Suarez adversus eam rationem de imagine, procedere præsertim contra modum, quo explicatur a Vasquez, quem ibi intendit impugnare, & a quo nos latè distamus in nostra explanatione; & gratis concedimus, hæc rationem de imagine habere dependentiam ab illa de similitudine ex vi processiois, hoc est, per modum nature, ut dictum est n. 173. Ad primum posset argumentum retorqueri contra rationem discriminis, etiam ab ipso Suarez assignatam, quia certius est, Spiritum sanctum non esse Filium, quàm non esse similem productionis ex vi processiois, præsertim eo modo, quo ab ipso id explicatur; cum rationes omnes discriminis, que solent hic adduci, eidem calumnie subiacent, quatenus omnes sunt minimè certe, quàm sit veritas fidei, et quæ constat, Spiritum sanctum non esse Filium, unde mitum neque esse debet, quod hæc ratio de imagine sit minus certa. Ad 2. ratio, cur Spiritus sanctus non sit imago, quamvis sit similis in natura principio producenti, jam assignata est numer. cit. ex Ansel. Monolog. cap. 53. quia nempe Verbum est Patris imago, quia procedit, ut ex ipso proles, & partus; hæc est, per modum naturæ, quo modum non procedit Spiritus sanctus. Ad 3. negatur assumptum, nam ratio Filiationis fundatur supra rationem imaginis naturalis, & hæc supra naturæ similitudinem in essendo, quare in sup. posito per vim naturæ productum in natura intellectuali prius intelligitur ratio imaginis, quæ Filiationis, hinc dicebat Ansel. cit. Verbum ostendere se esse prolem, & Filium referendo Patris imaginem, si ergo ex eo probat, esse Filium, quia est imago parentis, Filius ideo Filius est, quia est imago non autem est imago, quia Filius. Ad unit. patet ex dictis numer. 172. ad rationem imaginis ultra utentem specificam naturæ producti cum producente requiri, quod a producente procedat modo naturali, & per modum nature. Sed inflat Lezana trac. 5. disput. 10. quæst. 2. in fine rationem Filii esse priorem ratione imaginis, & rationem imaginis esse prioritatem consequentem rationem Filii; quod probat, quia ratio Filii consistit in hoc, quod est esse participem naturæ Patris ratio autem imaginis in similitudine, aut representatione, sed prius est aliquem esse participem naturæ Patris, quàm illum representare, aut illi assimilari, nam ideo est illi similis, & illius representativus, quia participat naturam illius; ergo prior est ratio Filii, quàm ratio imaginis. Conf. quia prius est, duos parietes esse albos, quàm quod referantur in ratione similis; ergo similiter prius est, quod Filius Dei intelligatur habens eandem naturam cum Patre, quæ est ratio Filii, quàm quod illum representet, quæ est ratio imaginis.

182 Cæterum rationem imaginis præcedere rationem Filiationis, ut ejus fundamentum, satis constat ex adducto Ansel. testimonio in Monolog. cap. 53. cum inquit: *Verbum mox, ut consideratur, se prole esse eius, a quo procedit, evidenter solum probat, promptam referendo parentis imaginem, si ergo Verbum exinde probat evidentissime, esse prolem, hoc est, Filium Patris, quia refert ejus imaginem, ergo ratio imaginis in secunda persona præcedit rationem Filiationis, velut ejus fundamentum, & causa, non è contrariè Ad argumentum vero majorem quoad primum partem, tanquam insufficientem, quod scilicet ratio Filii consistat in hoc, quod est esse participem naturæ Patris præcisè, alioquin eo ipso sequeretur, quod Spiritus sanctus esset Filius, quia participat naturam Patris, cum igitur ratio Filiationis consistat in hoc, quod sit habitudo producti naturaliter similis producenti in natura intellectuali, ut Scot. monet d. 3. §. quantum. Cuius satis est ad rationem Filii, quod sit participes nature Patris, sed debet eam participare naturaliter, & per modum nature, adeo quod ratio Filii non tam consistat in participatione nature Patris, quàm in modo eam participandi; eo au-*

tem ipso, quod sic participat naturam Patris, statim in eo resultat ratio patens imaginis, ad quam postea sequitur ratio Filiationis ex Anselm. loc. cit. Ad Consi. concedo prius esse, quod Filius Dei intelligatur habens eandem naturam cum Patre, quàm quod illum representet, sed nego, quod in ea participatione nature Patris præcisè sumpta sit ratio Filii, alioquin etiam Spiritus Sanctus esset Filius. Et plane etiam in suppositis creatis experitur rationem imaginis procedere rationem Filiationis, cum enim quis maxime assimilatur Patri, & adamusim refert ejus imaginem, & figuram in facies delineamentis, dicere solemus, cum negare non posse, quia sit ejus; ergo ratio Filiationis sequitur ad rationem imaginis, non è contrariè, nam ex ratione imaginis deducimus rationem Filiationis, non è contrariè.

183 Hic tamen rursus advertendum est pro defensione, & recta intelligentia illius secunde rationis in quod supra innotuit a n. 271. ex sola formali ratione imaginis, realiter essendo habere Verbum, quod sit formaliter Filius; ex formali verò ratione imaginis in intentionali-ter representando habet Filius, ut sic formaliter Verbum; quare processio secunda personæ, ut formaliter generatio, tendit ad factum formalem terminum, ut formaliter imaginem in essendo, & concomitante tantum, ac appropriate in representando; & ratio est, quia, ut ibi dictum est, sola similitudo realis in essendo est essentialiter necessaria, & sufficientes ad rationem Filii geniti; similitudo verò intentionalis in representando solum necessaria est, ac sufficientes ad constituendam secundam personam in ratione Verbi, non autem in ratione Filii; in quo sensu etiam Fafolus par. 1. quæst. 27. art. 2. dub. 9. approbat secundam illam rationem discriminis de imagine, & confirmat ex SS. Patribus Clemente Romano, Nazianzeno, & Basilio, Epiphano, Hilario, Ambrosio, Augustino, & aliis ab ipso citatis n. 61. qui declarantes rationem imaginis, ac similitudinis, propter quam Filius Dei & non Spiritus Sanctus habet esse Filii geniti, afferunt solam similitudinem in natura, & nihil omnino dicant de alia intentionali similitudine in representatione, & n. 88. probat, hoc quoque esse de mente duorum Scolasticæ Principum D. Thomæ. 4. contra gentes cap. 11. & Scoti loc. cit. i. d. 10. qu. unad. 1. hoc (inquam) adnotare opus est ad solvenda argumenta quædam levioris momenti, quibus Vasquez nititur ostendere, similitudinem intentionalem, & in representando necessariam esse ad rationem Filiationis, non autem similitudinem realem, & in essendo; & alia etiam nonnulla adhuc magis frivola, quibus contendit Amicus probare utramque similitudinem, tàm realem in essendo, quàm intentionalem in representando esse necessariam ad rationem Filiationis; etenim si quidem probat, ostendunt tantum, similitudinem intentionalem necessariam esse ad constituendam secundam personam sub ratione Verbi, non verò sub ratione Filii, quæ duæ rationes confundende non sunt in secunda persona, sed omnino distinguende, cum penes diversos attendatur respectus, ut diximus, i. 58. in fine ex Scoto quol. 8. art. 3.

QUESTIO QUARTA.

An si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, adhuc realiter personabiliter distingueretur ab eo.

ARTICULUS PRIMUS.

Status questionis declaratur.

184 Antiqua hæc non minus, quàm gravissima controversia mota est ad investigandum, quid sit principium formale distinctivum Filii a Spiritu Sancto, nùm Filiationis, vel sola spiratio activa; si secundum, rectè ex distinctione Spiritus Sancti a Filio inferatur, eum a Filio procedere, si primum, igitur per impossibile circumscripta a Filio spiratione activa, adhuc remanebit ratio distinctiva; Ceterò tamen statum hujus controversiæ difficultates esse apud Theologos, nam antiquiores quidam referent Scoto i. d. 11. qu. 2. statum controversiæ non luerunt admittente, ut profus repugnantem, ac irrationabilem, quia commune proloquium est apud Philosophos, dato uno impossibili multa sequi, scilicet quamlibet contradictionis partem; sed Spiritum Sanctum a Filio non procedere esse omnino impossibile, quia oppositum est omnino necessarium; ergo data hæc hypothesis, quod non procederet a Filio, utraq; pars contradictionis sequitur, scilicet quod distingueretur, & non distingueretur ab eo; ac proinde dicebat, questionem hæc esse profus inutilem, ac superflueam. Cæterum hæc dicendi modus, & respondendi huic questionis ab omnibus modo resellit, sicut ab omnibus admittitur modus arguendi ex hypothesis impossibili tanquam



quam utilis, ac efficacissimus in omnibus materiis ad indagandas proprias, & formales rerum rationes, nam ut Doctor adverteit loc. cit. 1. d. 1. 1. quæst. 2. Art. 4. Phys. disp. an u daretur vacuum, posset in eo fieri motus, & hoc ad indagandam causam successivis essentialis motus, an scilicet sit attendenda ex parte medii, vel potius ex resistentia mobilis ad motorem; Metaphysici quoque ad rimandam formalem causam inherentiæ prædicati cum subjecto, uti solent argumentum ex hypothesi impossibili, ut v. g. supposito per impossibile hominem non esse animal, adhuc tamen esse rationale, an adhuc distingueretur à brutis; Imò D. Aug. 6. de Trin. c. 6. similem huic propositæ examinat questionem, si præter non esse imbecillibus, nihil prohibet, ipsam genuisse Filium, & tamen hoc posito, quoque saltem concomitantèr impossibilia includit; sicut igitur hoc non obstantè rationabilis est positio Augustini ad probandum, imbecillitatem non spectare ad essentialia constitutivum Patris, quamvis impossibile sit, Patrem ingeneratum esse, ita pariter in proposito rationabilis erit nostra positio ad investigandum, an processio Spiritus Sancti à Filio sit adæquata ratio distinctionis unius ab alio.

185 Itaque non eo ipso, quod ex aliqua hypothesi impossibili sequitur aliud impossibile statim concludere debemus, illam positionem irrationabilem esse, sed observanda est Logicorum regula, quam docet Doctor loc. cit. & nos tradidimus p. 1. Institut. Log. trac. 3. cap. 3. nu. 93. nimirum tunc licere argumentari ex hypothesi impossibili, quando suppositio possibilis ita sit, ut non sequatur ex ea contradictoria per locum intrinsecum, sed una pars contradictionis per locum intrinsecum, altera verò per locum extrinsecum tantum; ratio est, quia ut talis forma arguendi sit bona, requiritur constantia, si vèrè consistentia suppositionis factæ, non consisteret autem, si ex ipsa per locum intrinsecum statim sequitur utraque pars contradictionis v. g. ex ista suppositione impossibili, si Petrus non esset animal, esset homo, vel si non esset rationalis, non diceretur, non possumus argumentari, quia homo formaliter, & intrinsecè includit animal, atque ita ex illa suppositione per locum intrinsecum sequitur utraque pars contradictionis, scilicet animal, & non animal, unde non poneretur in eo casu constantia suppositionis, sed formaliter, ac intrinsecè seipsam destruetur; inquit igitur Doctor, quod licet positio statim ex intellectu suo contradictoria includit, & aliud non nisi per consequentiam accidentalem, vel per locum extrinsecum, excludit est admittenda, quia tali positione posita sustineri possunt regulæ bonæ disputationis, potest enim concedi consequens, consequentia essentialis, & negari repugnans si autem inferatur aliud repugnans sequens per locum extrinsecum, vel consequentia accidentali, negandum est illud sequi, quia propositio illa, per quam talis consequentia teneret, destrueretur ex positione; unde ex ista suppositione impossibili, si Petrus non esset rationalis, esset homo, possumus argumentari, quia circumscripta tibi sit Petrus in esse hominis, non ponitur contradictoria ex primo intellectu positionis, sed tantum alterum, scilicet quod Petrus sit homo, reliquum verò, scilicet quod non sit homo, non ponitur, nisi ex consequentia accidentali; & per locum extrinsecum ex remotione passionis removendo subjectum, & ideo ista positio non fit includit impossibilia quin possit admitti; ita docuimus ibidem ex Doctore in hac questione.

186 In propositio autem certum est, spirationem activam per se non pertinere ad constitutionem formalem Filii, quatenus persona est, inquit Doctor lit. A. tum quia est passio quasi communis Patri, & Filio, tum quia prius naturaliter intelligitur Filius, ut hæc persona, terminat generationem Patris, quam spiratio activa concipiat in Patre, & Filio ad Spiritum Sanctum terminata, etenim exitus spirandi ad utroque jam constitutus in esse personali completo; & quidem Filium non constituit in esse per activam spirationem, nec adæquatè, nec inadæquatè major, & melior pars Adversariorum concedit uno, vel altero excepto, ut intra demonstremus; ergo circumscripta ex hypothesi spiratione activa à Filio, & ponendo ipsum in esse Filii, non ponitur contradictoria ex primo intellectu positi, sed tantum alterum, scilicet quod Filius sit, & sit Filius, reliquum verò, quod scilicet non sit Filius non sequitur, nisi ex consequentia accidentali, & per locum extrinsecum, quatenus spiratio activa est passio quædam adveniens illi jam in esse personali constitutus, et sic realiter identificata cum absoluta necessitate, atque ita ex remotione quasi passionis removetur quasi subjectum, ergo ista positio non fit admittit impossibilia, quin possit ad mitri servari regulis bonæ disputationis. Et sic pariter discurrendum est ex parte Spiritus Sancti, ut nulla appareat contradictio per locum intrinsecum

sequens, si de eo quaratur, an realiter distingueretur à Filio ex hypothesi, quod à solo Patre procederet, & non à Filio, nam ad integrum, & personalem Spiritus Sancti constitutionem pertinet præcisè constitui spirationem passivam, quæ relatio est ei propria, prima, & incommunicabilis; quod enim sit à Patre, & Filio non intrat formale constitutum ejus, sed tantum materialiter connotatur, quatenus vis spirandi in tertio signo originis suæ spirationis repetitur jam communicata Filio, cum igitur hoc quoque extrinsecum sit, & accidentarium (accipiendo semper accidentarium pro extraneo, ut docet Scot. 1. d. 2. qu. 7. LL.) respectu formalis sui constituti, ideo per locum intrinsecum nulla sequitur contradictio, si à Filio non procederet, adhuc ab eo realiter distinguitur. Imò subdit Doctor, quod si spiratio activa adhuc ponatur magis intrinsecè Filio, quam sit passio suo objecto, ac veluti prædicatum essentialia, & intrinsecum ei in primo modo dicendi per se, atque ita dicatur de processione passiva ab utroque respectu Spiritus Sancti, ita tamen, ut non sit formale constitutum Filii in tali esse, quatenus persona est, & quatenus Filius, adhuc tamen ista positio esset admittenda; quia si aliquod essentialiter inclusum in aliquo ponatur removeri ab eo, quod tamen non sit ratio inherentiæ prædicati, bene potest quæri, an isto, vel illo circumscripto, insit tale prædicatum, vel non, absque eo quod utraque pars contradictionis sequatur ab intrinsecò; puta si circumscriptur ab homine animalitas, quod est prædicatum ejus essentialia, & quaratur, an hoc circumscripto possit homo distingui ab asino; videtur posse determinatè responderi, quod sic, quia non per animalitatem convenit homini à brutis distingui, sed per rationalitatem, hinc dicebamus in Logica loc. cit. etiam ex remotione impossibili unius prædicati essentialis, quod non sit ratio inherentiæ alterius prædicati, argumentari posse, quia adhuc contradictoria non sequeretur per locum intrinsecum igitur licet spiratio activa esset de ratione Filii, adhuc tamen ipsa circumscripta quæri potest, utrum Filius distingueretur à Spiritu Sancto, vel non; quod non quaritur, nisi utrum prædicatum circumscriptum tunc præcisè causa distinctionis, vel aliud prædicatum non circumscriptum. Ex quo deducitur utilitas hujus questionis, quia ex ea constare poterit, quamvis sit radicalis, & adæquata ratio distinctionis intercedens inter Filium, & Spiritum Sanctum, qui est unicus hujus questionis scopus, ut dixi ab initio, nam si filio hypothesi, quod Spiritus Sanctus à Filio non procederet, non distingueretur ab illo, manifestum est, rationem primam, & præcipuum distinctionis inter eos petendam esse ex processione unius ab alio; si autem data hypothesi adhuc Spiritus Sanctus esset à Filio distinctus, signum est, causam adæquatam distinctionis eorum non esse ab ea processione petendam; unde hæc questio hypothetica continet virtualiter hæc absolute, an adæquata ratio distinctionis inter Filium, & Spiritum Sanctum sit processio unius ab alio.

187 Hæc igitur de causa Recentiores omnes hanc questionem admittunt cum Scotò, ut rationabilem, & utilem, rationi verò in contrariis adductæ ab illis antiquioribus dicitur ex jam data doctrina, quod dato uno impossibili, licet sequatur quælibet pars contradictionis per locum extrinsecum, & consequentiam accidentalem, ut constat in exemplis allatis, tamen per locum intrinsecum, ideo, immediate, & proxime solum sequitur altera pars, unde in hoc est positio difficultas hujus questionis; an data hypothesi, quod Sp. S. non procederet à Filio, sequatur per locum intrinsecum, quod distingueretur ab eo, an non; nam per locum extrinsecum certum est sequi, quod non distingueretur, quia absolute non esset, nec existeret, & hoc est quod concludit discursus Ariminensis 1. d. 1. 1. quæst. 1. art. 2. dùm inquit, supposito, quod Spiritus Sanctus esset, & similiter Filius esset, & tamen Spiritus Sanctus non procederet ab eo, ex ista hypothesi includente contradictoria sequitur contradictoria, scilicet quod distingueretur, & non distingueretur à Filio; distingueretur quidem, quia uterque esset, & uterque ab altero seipso distingueretur, non distingueretur autem, quoniam Spiritus Sanctus non esset, sicut si diceretur, supposito, quod Filius esset, & esset improductus, nunquid distingueretur à Patre? Hic (inquam) discursus concludit tantum, quod Spiritus Sanctus non esset per locum extrinsecum, & consequenter eodem modo concludit non futurum à Filio distinctum; id tamen non concludit per locum intrinsecum, quod præcisè queritur in proposito, quia nec spiratio activa est intrinsecè Filii constitutum, sed veluti adventitia, nec spiratio passiva; quatenus est à duobus, est de intrinsecè ratione Spiritus Sancti, ut procedat per modum amoris, nam absolute, & universaliter loquendo terminus processions per voluntatem nõ postulat necessario duas personas, à quibus procedat, ut patet in amore producto per voluntatem creatam, & spiratio passiva à duobus, materialiter tantum spectat modo ad personalitatem Spiritus Sancti, quatenus vis spirandi in tertio signo originis repetitur

tur jam communicata Filio, qui proinde cum Patre simul spirat Sp. S. ex quo patet, suppositionem, quam obicit Gregorius, ut similem, scilicet an Filius, si esset improductus, distingueretur à Patre, et vere similem non esse, nam esse Filium, & esse improductum sunt termini omnino, & ab intrinsecò contradictorii, quia Filius essentialiter includit esse genitum, & productum à Patre, & talis passiva generatio à Patre est ejus formale constitutum in esse Filii, unde ex illa hypothesi, utique sequuntur contradictoria per locum intrinsecum proximè, & immediate, nam si esset Filius, ex ipsa hypothesi distingueretur à Patre, quia Pater, & Filius non sunt idem suppositum; & si esset improductus, nec esset, nec consequenter distingueretur à Patre, quia divina persona improducta nequit esse, nisi Pater; at vero esse Spiritum Sanctum dicitur explicitè, & ex primo ejus intellectu esse productum, & spirat per voluntatem; quod verò sit à Patre, & Filio spiratus, licet ei in re necessario conveniat, non tamen hoc explicitè dicit, nec est de ejus intrinsecè ratione, quatenus procedit per modum amoris, quod sit à duobus, & ideo saltem per suppositionem impossibilem, ex quo non sequatur ambo contradictoria explicitè, & immediate ex primo intellectu, negari potest, esse spiratum à Filio, & considerari tantum esse spiratum à Patre.

188 Recentiores tamen esse hoc totum cum Scotò fateantur cõtrà Gottfriedum, Gregorium, & alios quosdam paucos antiquiores, addunt tamen ex prædicta suppositione sequi per locum intrinsecum, non remanens easdem omnino personas Filii, & Spiritus Sancti, quæ de facto sunt; & ratio est, quoniam ablata processione Spiritus Sancti, debet necessario variari hæc numero processions relatio, quæ nunc formaliter constituitur Spiritus Sanctus, quia hæc relatio per se, & intrinsecè nunc habet pro adæquato termino Patrem, & Filium, variato autem adæquato termino simplicissima relatio necesse est, ipsam quoque relationem variari, cujus totum esse est ad aliud esse, ex parte autem Filii non potest non variari relatio Filiationis, quæ de facto est, quia hæc per se vim habet constituendi principium passivæ processions, cum ex sua intrinsecè ratione talis sit, ut conjuncta divina voluntati sit per omnimodam necessitatem virtus spirativa, & ipsa actualis spiratio Spiritus Sancti; si igitur Spiritus Sanctus Filio non procederet, non esset illa filiationis eadem, quæ nunc est, neque eadem processio, ac proinde non esset eadem omnia persona, quæ nunc sunt. Confirmat quia persona, quæ nunc sunt, perunt essentialiter, & per se, quod una procedat ab alio, nam Filius, prout est esse, essentialiter petit esse spirator Spiritus Sancti, similiter Sp. S. qui nunc est, essentialiter petit esse spiratus à Patre, & Filio, quia petit procedere, ut nexus Patris, & Filii, ergo hæc questio non potest esse de his numero personis, prout nunc sunt, sed solum esse potest de verbo, & amore in divinis, non prout de facto sunt, sed præcisè, & abstractè secundum rationes Verbi producti per intellectum, & amoris producti per voluntatem sive in his personis numero, sive in aliis, ad ut status questionis ita sit intelligendus, an si per impossibile Sp. S. non procederet à Filio, possumus concipere illum Filium divinum, qui cum non produceret aliam tertiam personam, ab ea tamen distingueretur, ita ut utraque personam apprehendamus diversam ab his, quæ de facto sunt; ita Suarez lib. 10. de Trinit. cap. 2. de Arubal disp. 131. num. 13. Albertinus in predic. ad aliquod Coroll. 15. quæst. 15. dub. 2. Zuniga disp. 11. dub. 3. Fasola 1. p. quæst. 36. art. 2. dub. 3. Atriaga disp. 53. sec. 4. Lezana trac. 5. disp. 11. quæst. 2. & alii passim, & addunt, necque in hoc sensu adhuc inutilem esse questionem, sed utilisissimam, si enim ostendatur, hæc duas personas, ut sic conceptas non distingui realiter eo præcisè, ut non procedat ab alia, si gnium evi, ens erit, totam rationem, quare personæ Filii, & Spiritus Sancti, quæ de facto sunt, realiter distinguuntur, esse processione unius ab alia.

Ceterum neque status questionis huius hoc modo admissus, & explicitus recentioribus Thomis placet Scotis, quia questio hæc ortum duxit ex controversia, quæ fuit inter Latinos, & Græcos de processione Spiritus Sancti à Filio, & quidam ex Catholicis eodendebant, eos hanc processione materi debere, si Trinitatem personarum admittere voluissent, quia omnis realis distinctio in divinis personis processione unius per locum ab alia attenditur, quare si Spiritus Sanctus à Filio nõ procederet, non distingueretur ab eo; contendebant alii, hæc ratio non esse solidam, ac proximè aliam adveniendâ ad probandam processione Sp. S. à Filio; sed tota hæc concertatio est de personis modo existentibus in divina Trinitate, nõ autè de personis per nostram fictionem factis; ergo male sic explicatur status hujus controversiæ, quia sic nullam potest adferre utilitatem ad discutiendam controversiam præstatam cum Græcis, qui nobiscum concedentes Trinitatem personarum, nihilominus negant processione Spiritus Sancti à Filio, quia etiam si ostendimus, hæc duas personas sic ab intellectu nostro cõstitas

non distingui realiter eo præcisè, quia una non procedit ab alia, adhuc negabunt Græci, totam rationem, quare personæ Filii, & Spiritus Sancti, quæ de facto sunt, realiter distinguuntur, esse processione unius ab alia. Confirma, quia vel processio passiva Spiritus Sancti à Filio, ut à Filio reduplicative, est de primo intellectu Spiritus Sancti, & similiter spiratio activa respectu Filii, vel non; si primum, questio proposita est omnino inutilis, & irrationabilis, ut dicebant antiquiores illi, nam ex illa suppositione impossibili in hoc sensu sequitur utraque pars contradictionis per locum intrinsecum, Filium, scilicet, & Spiritum Sanctum esse, & non esse, quæ consequentia probata manet ex dictis; si secundum, ergo falsum est, quod data illa hypothesi Filius, & Spiritus Sanctus non essent eadem numero personæ, quæ nunc sunt, nam Filius adhuc remaneret cum eadem numero filiatione, quam nunc habet, quæ sola eum constituit in esse personali, & spiratio passiva ab uno solo remaneret in S. S. quæ sufficit ad constitutionem personæ procedentis per modum amoris; Quare concludunt nostri, malam viam arripuisse Recentiores pro defensione sententiæ S. Thomæ, quod si S. S. non procederet à Filio, non distingueretur ab eo, quia scilicet non esset ille idem S. S. qui nunc est; nam sic dicendo tollitur omnino hypothesim questionis, quæ mota fuit ab initio de Spiritu Sancto, qui modo est tertia persona in divinis, quoniam tamen hypothesim Recentiores isti admittunt profertur, ut rationabilem, & utilem contra Gottfriedum, & Ariminensem, unde melius fuisset cum illis questionem præntis declinare, veluti positionem irrationabilem, ex qua per locum intrinsecum contradictoria sequuntur.

Hic tamen advertendum est, quod, cum dicimus, questionem hanc intelligendam esse, ut sit utilis ad inveniendum formale, & præcisum distinctivum inter Filium, & Spiritum Sanctum de personis, quæ de facto existunt in divinis non de aliis, quæ per nostram fictionem ibi meditari possunt, placet nõ esse in ea supponendi Filius, & Spiritus Sanctus cum istis omnino proprietatibus personalibus, cum quibus de facto sunt, alioquin procius inutilis esset, nec deserviret proposito, quò per hujusmodi hypothesim inquirimus, an personalem distinctio Spiritus Sancti essentialiter pendeat à processione ejusdem à Filio, quare si supponeremus illos in assumpta hypothesi cõ omnino eisdem proprietatibus, & respectibus, cum quibus de facto reperitur, supponeremus id, quod per talem hypothesim indagare intendimus, ut optime quoad hoc discit Amezus disp. 27. sec. 3. num. 44. cum tamen unquam hypothesi, quæ ut mensurandum sit ad indagandam veritatem aliquid propositionis, supponere debeat, quod per talem hypothesim indagandum, & probandum suscipitur; quare in hac hypothesi supponendus est Filius in divinis cum sola generatione passiva, & relatione geniti ad genitorem, & Sp. S. cum sola processione passiva, & relatione spirati ad spiratorem Patrem præcisè omnibus illis, quæ de facto, tam cum passiva generatione Filii, quam cum passiva processione Spiritus Sancti reperitur conjuncta, ad hoc ut videamus, an remanente sola in Verbo generatione passiva, & sola in Spiritu Sancto processione passiva à Patre, remaneret adhuc persona illa inter se realiter distincta absque processione unius ab alia. Ex quo sequitur, quod licet data hypothesi nõ ita se haberent illæ due personæ, sicut de facto se habent, omnino quoad accidentalitatem, ac veluti adventitia, se remanent eodem modo quoad essentialitatem, & formalitatem constitutivam in esse personali, nam Filius supponitur cõ filiatione, quæ est ejus formale constitutum, & Sp. S. cum processione passiva, licet non ut à duobus, quæ pariter est ejus formale constitutum, atque ideo falsum est, non remanens easdem numero personis, quæ sunt de facto, data hypothesi, quandoquidem quæ præcisè dicuntur ex vi hypothesi, non censentur spectare per se primò ad personalem earum constitutionem, sed tantum materialiter, & concomitantèr, quæ proinde, si auferantur, non tollunt per locum intrinsecum identitatè conjunctam; personæ, quæ modo est, sed per locum extrinsecum, sicut si disputarem, an si Petrus non esset rationalis, adhuc esset homo, & hic numero homo, responderem esse affirmative, quod esset homo, & hic numero homo per consequentiam formalem, & solum remotè, ac per locum extrinsecum sequeretur, nec esse hunc hominem, nec esse hominem absolute, quia prius, ut prius non variatur ad variationem posterioris, quare ex variatione, aut ablatione posterioris, non tollitur proximè, & immediate unitas nec numerica, nec specificæ prioris, sed tantum remotè, & mediatè. Conf. quia proposita hypothesi, an si Spiritus Sanctus à Filio non procederet, &c. non tollit totum, quod dicitur persona Verbi, vel Spiritus Sancti, alioquin nullus remaneret disputandi locus de formalitè eorum constitutivum, sed per eam tantum præcisè distinctum, scilicet in Filio spiratio activa, & processio à Filio in Spiritu Sancti, quorum neutrum pertinet ad formale earum personarum constitutum, & relinquatur aliud, ac per generatio passiva in Filio, & processio à solo Patre in



Spiritus; & inquitur, an quod relinquitur in Filio præcium à spiratione activa, & in Spiritu præcium à processione à Filio, sit sufficiens constituere Filium personaliter à Spir. Sancto distinctum, & contra; falsum igitur est, ex ea suppositione sequi per locum intrinsecum, non remanens eadem numero personas quæ de facto sunt.

191 Fundamentum verò Recentiorum positum sub n. 188, facile diluitur, negatur enim, relationem processionis, qua nunc formaliter constituitur S.S. intrinsecè, & per se habere pro termino adequato Patrem & Filium, ut duo supposita distincta producentia, sicut enim unam tantum habent virtutem spirativam ita propriè, & in rigore unum tantum appellantur principium Spiritus Sancti, & dualitas suppositorum non est conditio ad spirandum simpliciter, & ab intrinsecò necessaria, sed tantum secundum quid, & ab extrinsecò propter ordinem secunditatum in producendo, ut docet Scotus 1.d.12.q.unic.T. idèòque illa duo supposita, ut sic, non sunt per se, & intrinsecè terminus adequatus spirationis passivæ Filii, sed tantum per accidens, & extrinsecè, & per se terminant illam sub ratione unius principii, & spirationis, cum ergo data hypothèsi non variare terminus per se formalis processionis Spiritu Sancti, sed tantum materialis, nec variaret ipsa processio; quod declarari potest exemplo dependentiæ creaturæ ad Deum, licet enim de facto à tribus personis in esse dependeat, quia tamen ab eis non dependet, ut tribus, sed ut unus unus creator; ex hypothèsi quod una esset tantum in Deo persona, non ob id per locum intrinsecum variaretur relatio dependentiæ, quia ex hypothèsi non variatur per se terminus formalis illius, sed tantum materialis. Sic pariter negatur, quod data hypothèsi hæc numero Filio variaretur, & quod hæc per se pertinet ad principium passivæ spirationis, vel, ut alii loquuntur, sit conditio ad spirandum per se requisita, & per locum intrinsecum exigat ad principium spirativum, etenim ut docet Scotus loc. citat. ad hoc aliud non requiritur, quàm quod voluntas secunda sit in supposito prius, quàm illud suppositum intelligatur habere terminum spiratione productum; & quia hoc modo reperitur in Filio de facto, hinc est quod Filius simul cum Patre concurrat ad productionem Spiritus Sancti, hoc autem evenit propter ordinem secunditatum in divinis, quatenus intellectus secundus prius naturaliter exigit in suam secunditatem per Verbi productionem, quam voluntas secunda in se, ut amplius ex dicendis constabit; & planè ut hæc questio ex hypothèsi utilis sit ad indagandum, quod querimus, supponi debet, ut diximus & ex Adversariis ingenue admittit Vasquez, quod in his duabus personis eadem numero natura permanet, eademque perseverat Filio, & passiva processio à Patre in Sp. S. & facta hæc suppositione inquiri debet, an maneat aliquid, quo Filius, & Spiritus Sanctus possent ab invicem personaliter distingui. Ad Confir. pariter negatur assump. nam nec Filio, prout nunc est, convenit per se, & ab intrinsecò esse spirator, sed tantum ex ordine secunditatum, quatenus ex isto ordine voluntas secunda in Patre non est proxime secunda, nisi post exercitum secunditatum intellectus secundus, & sic pariter neque Spiritus Sanctus, etiam ut modo est, perit ab intrinsecò, & per se esse à duobus, sed tantum ex ordine secunditatum; & cum dicunt procedere, ut nexum, Patris, & Filii, ait Doctor 1.d.12.q.un. ad 1.prim. id potius probat oppositum, quia Pater, & Filius necitantur in communi producto, & quæ sic necitantur in communi producto, licet sint distincta, alioquin non connecterentur, tamen non habent commune productum in quantum distincta, sed in quantum unum, unde productum unum est ab eis, in quantum sunt unum producens, ut paulò infra magis declarabitur n. 201. in fine.

192 Sed uterque Arriaga citat. disp. 53.n.21. contra Vasquez in casu posito non solum non manere eundem Filium, sed neque eandem Filiationem, quod sic ostendit, quia cum de facto non solum distinguatur à Spiritu Sancto spiratio activa, sed etiam Filio ipsa, prout virtualiter distincta à spiratione, sequitur evidentè, si illa eadem numero maneat, necessario futuram distinctam, nam esse distinctam ab alio est omnino essentialè illi Filiatione, ergo repugnat concipi eandem numero manere, & non manere distinctam; Conf. repugnat concipi unam, eandemque rem numero jam identificatam cum una, jam non identificatam; ergo non est supponendum, manere eandem num. & postea querendum, an sit futura distincta, quia procul dubio tunc deberet manere distincta, prout nunc est. Demum, non solum Filius distinguatur modo in spiratione activa Spiritu Sancto, sed etiam in ipsa Filiatione, ut condistincta à spiratione, duo enim sunt, quæ sunt formaliter in Filio, omnino distincta à Spiritu Sancto, & non denominativè tantum unum ab alio; ergo si ex hypothèsi maneat eadem numero Filio, quæ modo, manebit planè distincta, ut modo; at Vasquez in tali

casu dicit, non tutam distinctam; ergo admittit manifestam implicatam in terminis; quæ conclusio, casum questionis, ne fiat implicatio in terminis manifesta, sit ponendum esse, an si per impossib. le Spiritus Sanctus non procederet à Filio, possent concipi eam Filium divinum, qui cum non produceret aliam tertiam personam, ab ea tamen distingueretur; eodem fere modo discurrebat Averis quest. 36. sec. 3. exponens statum questionis.

193 Respondeo, satis aperte ostensum esse ex vi hypothèsi questionis, an si Spiritus S. à Filio non procederet, & non tollitur, quod modo dicit persona Filii, & persona Spiritus Sancti, sed tantum unum præcindi ab unaquaque illarum personarum, & alterum relinqui; præcindit nimirum illa hypothèsi spirationem activam à Filio, & relinquit Filiationem præcindit à S.S. processionem à Filio, & relinquit processionem, ut dicit ordinem ad Patrem; & ulterius facta hæc suppositione indagat, an id, quod relinquitur in Filio præcimum à spiratione activa, & in Spir. S. præcimum à processione à Filio, sit sufficiens constituere Spiritum Sanctum personaliter distinctum à Filio, & Filium personaliter distinctum à Spiritu Sancto; si ergo ex vi hypothèsi nulla sit præcimo in Filio à Filiatione; ergo ex vi illius remanet eadem prorsus Filio; & cum hæc modo sit distincta à Spiritu Sancto etiam independenter à spiratione activa, ut concedit Arriaga, sequitur Filium, ejusque Filiationem adhuc in casu hypothèsi futuram distinctam à Spiritu Sancto; & hoc est argumentum ineludabile, quod semper fecit Scotus contra Adversarios; Quod sit autè manifestam implicatam admittit hypothèsi asserere, Filiationem remanentem non futuram distinctam ut infert Arriaga contra Vasquez, hoc etiam, & ego gratissimè concedo; sed hinc deduci non debet, non manens eandem personam, nec eandem Filiationem, nam hæc eandem remanere ex vi hypothèsi, patentissimum est, cum ipsa à Filio præcindat tantum activam spirationem, non verò Filiationem; sed potius deduci debet, ex vi illius hypothèsi necessario sequi Filiationem remanentem adhuc futuram distinctam, ut optime concludit argumentum Arriaga; & hoc est, quod supra dicebam, quod melius fecerunt Adversarii, si cum Gouffredo, & Arimendi negotiè hypothèsim questionis impossibilem, ut irrationabilem (quæ tamen re vera negari non potest, ut et ipsi fatentur) quam dicere, non manens eandem personam, nec eandem Filiationem in Filio, etenim hypothèsi eam non abstractam à Filio, sed tantum in actu spirationem, sicut ad miterèdè hypothèsim, & eandem numero personam remanens asserere, quod nec Filius, nec ejus Filio remaneret distincta, ut aiebat Vasquez, nam concessa hypothèsi, & quod eadem Filio remaneret ex vi ejus (ut omnino debet concedi) sequitur necessario, & per locum intrinsecum, quod adhuc in casu hypothèsi, & Filius, & ejus Filio distingueretur realiter à Spiritu Sancto, & contra ut optime argumentum Arriaga demonstrat, quod est ipsissimum Scoti fundamentum in hac questione, ut videbimus.

194 Quoniam verò Ferchius ex nostris, tanquam Bonaventurista, opuse. de personis productis Spiritum Sanctum quest. 6. accerime defendit opinionem Thomistarum (ardentius tamè, quàm solidius, ut constabit ex disputationis progressu) & cap. 4. totis viribus Recentioribus citatis adhaerens, quorum tamen non meminuit, etiam si eorum fundamentis utatur, probare contendit, posita, & negata hypothèsi variari rationes formales relationum divinarum, placet in gratiam ejus id adhuc ulterius demonstrare, falsum esse, præstus pertractando fundamentum positum nu. 139. & 190. & evertendo fundamentum ejus præcipuum, quod est, quia de facto multa prædicata essentialiter conveniunt divinis relationibus, quæ data hypothèsi non conveniunt, imò eis repugnant; ergo evidens est posita, & negata hypothèsi, variari rationes formales divinarum relationum; consequentia patet, quia convenientia, vel repugnantia prædicatorum confurgit ex rationibus formalibus spiritum ex Scoto 1.d.36. quest. 1. & alibi: probat assumptum de spiratione activa nu. 22. nam secundum veritatem seipsa est communicabilis Patri, & Filio, secundum hypothèsim fit incommunicabilis, nam in solo Patre collocatur, & non potest esse in Filio, quicquid enim ad intrà in divinis potest esse, necessario est, & quod non est ad intrà, est impossibile esse, nihil enim est contingens ad intrà quæ sit ratio formaliter communicabilis, & ratio formaliter incommunicabilis non sunt eadem formaliter ex natura rei, variatur ratio formalis spirationis activæ, quæ si ponatur manere, ponitur seipsa formaliter communicabilis; si ponatur non esse in Filio, sed in Patre solo, ponitur seipsa formaliter incommunicabilis, & implicat contradictio. Et nu. 26. idem probat de spiratione passivæ, nam de facto, & secundum veritatem ei convenire necessario, quod sit à Filio, & quod terminetur ad Filium, nihil autem potest alicui esse necessario, nisi etiam per se in se eadem p. Post. 44. at ex hypothèsi spiratio passivæ, nec est à Filio, nec ad Filium terminatur, ut correlativum, imò hoc sibi formaliter repugnat; Et eadem hoc probat

de generatione activa num. 28. hæc enim secundum veritatem compossibilis est, & de facto conjuncta cum communicatione activa spirationis activæ, & principii spirativi, imò erat conditio, per quam, vel sine qua non communicabatur principium spirativum, & spiratio activa; nunc autem ex hypothèsi ponitur non esse talis conditio, sed esse formaliter repugnans communicationi, & principii spirativi, & spirationis activæ, quare non est eadem ratio formalis manens secundum veritatem, & secundum hypothèsim, nisi duo contradictoria includat.

195 Hoc fundamentum nullius prorsus est momenti, cum enim omnis hypothèsi impossibilis copulet subjèctum eum aliquo præcato ei incompossibile, alioquin hypothèsi impossibilis nõ esset, planè opus est, quod inferat contradictorium antecedentis positi, & hoc nulli dubium est; sed sola difficultas est, quomodo sequatur illud contradictorium, an immediatè, & per locum extrinsecum, an solum mediatè, & per locum extrinsecum si enim contra dictorium antecedentis positi primo modo inferatur, conceditur, essentiam subjècti, de qua disputatur, variari ex hypothèsi posita immediate, & statim, atque idèò hypothèsim non esse attendendam, quia servari nequeunt regula bonæ disputationis; si vero contradictorium sequatur tantum mediatè, & per locum extrinsecum, nego, tunc tolli essentiam rei, aut variari ex vi hypothèsi statim, & immediatè, sed hoc sequitur tantum concomitantè, & per consequentiam accidentalem; insufficienter ergo discurrat arguens inferendo ex hypothèsi, quod sequatur contradictoria, & quod aliqua prædicata conveniant divinis relationibus, quæ de facto, & secundum veritatem illis non competunt; sed ostendere debet, an id inferatur ex hypothèsi per locum intrinsecum, & consequentia essentiali, an per extrinsecum tantum, & consequentia accidentalitatem si hoc tantum secundo modo teneat illatio, non sequitur, variandam essentiam rei primò, & immediatè, sed tantum concomitantè, & mediatè, unde adhuc observari possunt regule bonæ disputationis; ut supra dictum est. Præterea omnes admittunt, tanquam rationabilem istam suppositionem, si Petrus per impossibile non esset visibilis, adhuc esset homo, quia circumscripta visibilitate, ponendo Petrum in esse hominis, non ponitur contradictoria explicite, & ex primo intellectu ex n. 195. & rursus omnes concedunt, ex ea hypothèsi non variari per locum intrinsecum essentiam hominis; & tamen possemus eodem modo argumèntari, quod variaretur, sicut arguit Ferchius in proposito, nam de facto secundum veritatem Petrus esset visibilis, ex hypothèsi verò non esset visibilis, convenientia autem, & repugnantia prædicatorum necessarium primò, & immediatè confurgit ex rationibus rerum formalibus, sicut ergo in eo casu responderetur, ex eo quod Petrus non esset visibilis, securum, non esse hominem, & ita variatam fuisse ex hypothèsi ejus essentiam, tantum per locum extrinsecum, & consequentia accidentalitatem, nequaquam verò essentialitatem, ita in casu nostro dicendum est, Augustinus 5. de Trin. c. 6, quod probat, Patrem inaccessibilem personaliter non constituit, nec spectare ad primum intellectum Patris, quia si Pater non esset inaccessibilis, nihil prohiberet ipsum genuisse Filium, esset prorsus invalidum, nam dici posset, data ea hypothèsi variari essentiam Patris, qui modo est, nam ei modo, & secundum veritatem competit esse inaccessibile, data hypothèsi, non esset inaccessibilis, ergo ex ista convenientia, & disconvenientia prædicatorum arguitur variatio essentia Patris; sicut ergo argumentum Augustini per id tenet, quia ex remotione inaccessibilitatis non removetur essentia Patris, nec ejus personalitas, non per locum extrinsecum, & consequentia accidentalitatem, non verò essentialitatem, ita prorsus in proposito dicendum. Demum in eo argumento supponitur unum falsum, quod scilicet ex hypothèsi posita ponatur spiratio activa, aut vis spirativa incommunicabilis filio, & filio repugnans, nam ex vi illius hypothèsi, si Sp. S. non procederet à Filio & c. negatur tantum filio actuali communicatio virtutis spirativæ, & spirationis activæ, non verò communicabilitas; & cum alit, quod si esset communicabilis, etiam esset actu communicata, quicquid enim in divinis ad intrà potest esse, necessario est; Hoc verum est de eo, quod Deo ponitur convenire ex hypothèsi falsa, & impossibili; quare sicut ex vi hypothèsi supponitur Sp. S. à Filio non procedere, & quo tamen necessario procedit, & non communicata Filio activa spiratio, vel virtus spirativa, cum tamen necessario sit ei communicata; ita supponi potest per impossibile, quod virtus spirativa sit à Patre communicabilis Filio, & tamen non sit actu communicata, itaut aperitudo concipiatur sine actu, vel quod etiam talis virtus communicata Filio, & filius per eam actu non spiret, quibus suppositionibus admittis, ut ab intrinsecò non repugnantibus, non sequitur ex hypothèsi hujus questionis, spirationem activam, aut virtutem spirativam non esse Filio communicabilem,

sed tantum non esse Filio actu communicatam. Hic ad argumentum gratis concedo, quædam prædicata secundum veritatem conveniunt relationibus divinis, & personis, quæ data hypothèsi non conveniunt, hoc enim commune est omni suppositioni impossibili, quod subjècti auferat aliquod prædicatum illi ex natura rei conveniens, & aliquod adferat illi incompossibile; sed sicut prædicata, quæ præcindit in personis, non sunt prædicata primi modi, & spectantia ad primum personæ intellectum, nam v. g. à filio præcindit spirationem activam, quæ illum non constituit in esse Filii, & illi quatenus talis extranea est, & adventicia, quæ de causâ dicimus, illam hypothèsim non implicare ab intrinsecò, & per formalem consequentiam, ita pariter in proposito dicendum est de relationibus divinis, quod si aliqua prædicata præcindit ab eis ex natura rei illis convenientia, & alia tribuit disconvenientia, hæc non sunt prædicata primi modi, & spectantia ad eorum primum intellectum, sed sunt prædicata veluti secundaria, & adventicia, ex quorum remotione non destruitur, nec variatur essentia rei, nisi per locum intrinsecum, & accidentaliter consequentia, quod sufficit, ut possimus asserere, data hypothèsi per locum intrinsecum adhuc manens eadem divinas personas, & relationes; ad primam probationem de spiratione activa nego, ex hypothèsi fieri incommunicabilem filio, sed tantum concipitur non actu communicata Filio, quod si etiam fieret, vel conciperetur incommunicabilis, vel potius non incommunicabilis, hinc etiam non sequeretur, per locum intrinsecum variari rationem formalem relationum, sed tantum consequentia accidentalitatem per remotionem nimirum prædicatorum secundi modi, & sic non implicat contradictoria, nisi per locum extrinsecum. Ad 2. probationem de spiratione passivæ nego, quod ipsationis passivæ per se in primo modo conveniat principiat à Filio, & ad eum terminatur, ut ad correlativum, etenim quod procedit per modum amotis, non necessitate, & per se intrinsecum primi modi perit procedere à duobus, sed tantum à voluntate secunda, sive sit in uno, sive in pluribus suppositis, unde necessitas, quæ nunc Sp. S. procedit à duobus est potius secundi modi, & extrinsecum oriens ex ordine secunditatum inter se, ut dictum est; & nego etiam, quod ex hypothèsi questionis repugnans, spirationi passivæ esse à Filio, & terminari ad Filium, nam ex vi illius solum sequitur, quod actu non sit à Filio, nec ad eum terminetur, ut ad correlativum, non tamen, quod hoc ei repugnet formaliter, ut assumitur in argumento. Ad 3. probationem de generatione activa, concedo, generationem activam esse de se compossibilem cum communicatione activa spirationi activæ, & principii spirativi, sed nego, quod ex vi hypothèsi formalem habeat repugnantiam cum communicatione principii spirativi, & spirationis activæ, sed tantum ex vi ejus sequitur, quod actu non sit conjuncta cum tali communicatione; quod etiam si ex hypothèsi fieret ei incompossibile, non adhuc sequeretur, esse variandam ejus rationem formalem per locum intrinsecum, sed tantum extrinsecum.

197 Alia quadam congerit in eo c. 4. Ferchius ad hoc probandus, quæ singillatim adducere non est opus, tùm quia ex modo dictis facile solvuntur, tùm quia plura coincidunt cum fundamentis Recentiorum, quibus satisfactum est nu. 191. tùm tandem quia P. Gavatus Scotista nostri temporis præclarissimus adeo exactè, & solidè rationes illas singillatim, & verbarim dissolvit, atque retundit opus. 1. Theol. par. 2. cap. 8. ut nil relinquat ulterius in hac materia addendum, vel desiderandum; satis erit hic solum advertere manifestam contradictionem in dictis illius Auctoris in illo eodem capite, quæ etiam adnotavit P. Gavatus loc. cit. etenim ille Auctor c. 4. citat initio Recentiorum principii inherens, ex eo præsertim capite deducit, relationes divinas ex illa hypothèsi futuras alterius rationis, quia modo constituitur duas personas realiter, & personaliter distinctas, at data hypothèsi nec duas, nec distinctas personas constituerent, ita loquitur n. 18. in fine his verbis, si autem fiat varietas in principii, sicut in principii, ut persona, quæ ex veritate sunt due, aut distinctæ, ex hypothèsi nec sunt due, nec distinctæ, postea prope finem illius capituli n. 36. probat, filium, & filiationem data hypothèsi non fore ejusdem rationis, quoniam data hypothèsi alia esset essentia Patris, alia Filii, at si data hypothèsi distinctio essentialitatem inferat inter divinas personas, ja sequitur, Filium, & Spiritum ex vi hypothèsi non tantum futuram duas personas, & personaliter distinctas, sed etiam essentialiter, quod ab initio illius capituli negaverat; verissimum ergo est, quod lepide dixit Gavatus cit. in eum Auctorem, non respondent ultima primis, etenim initio capituli contendebat, posita hypothèsi ita divinas variari relationes, ut personæ, quæ modo ex veritate sunt due, scilicet filius, & Spiritus Sanctus, & personaliter distinctæ, ex hypothèsi, quod hic ab eo nõ procederet, nec essent due, nec distinctæ, in fine verò capituli ait, ex eadem hypothèsi adeo variari relationes personarum constitutivas, ut illæ personæ etiam essentialiter forent distinctæ, & alia



alia esset essentia Patris, alia Filii, & consequenter forent etiam distincte personaliter, quia in eo casu illae relationes personales...

163 Jam vero probemus, nullam divinam relationem nec generationis activae, filiationis, & passivae spirationis variari secundum suas rationes formales, data hypothesei, de generati...

169 De filiatione quoque hoc idem probatur, quoniam, ut supra dictum est, haec hypotheseis non tollit totum, quod in personae filii de facto reperitur, sed tantum praescindit a filio activam spirationem...

170 Sed inquit Ferchius n. 21. quod data hypothesei variaretur hic ordo inter intellectum & voluntatem in producendo quoniam vel essentia...

formaliter incommunicabilis. Haec instantia non arguit, alioquin probaretur etiam productionem creaturam ita ab intrinseco pendere...

202 De spiratione passiva tandem, quod ex hypothesei non varietur secundum suam rationem formalem non minus evidenter probatur, nam Spiritus Sanctus ex vi sua personalitatis, velut alii loquuntur...

quantum est ex sua ratione intrinseca, ita essent principium sufficientis & aequae perfectum in una persona, sicut in tribus, quod doctrina est Aug. 5. de Trin. cap. 14. ubi Patrem, & Filium appellat unum principium Sp. S. non duo, & idem docet Anselm. Episc. de processione Sp. S. contra Graecos cap. 9. unde cap. 11. ait de Sp. S. quod non ex eo procedit, in quo plures sunt Pater, & Filius...

202 tam quaestione hypothesei si Sp. S. non procederet a Filio, an distingueretur ab eo, intelligi debere de his numero personis, quae nunc sunt, cum hac quaestio mota sit ad inventiendum proprium, & formale distinctivum illarum duarum personarum, quae de facto sunt in divinis, scilicet per impossibile, & praecisionem nostram quacumque alia secundaria, & accidentaria ratione distinctiva, qualem nos praetendimus...

trovertere quaestione in isto sensu absoluto, & categorico; nam ex decisione quaestiones in hoc sensu categorico, latius deducitur resolutio ejusdem in illo sensu hypothetico in eo ostendimus, processionem non esse primam, & adaequatam rationem distinctivam inter Filium, & Sp. S. dicitur hinc sequitur in casu illius hypothesei ad huc illas personas facturas inter se realiter distinctas, si vero & contra ostendimus Adversarii, processionem esse primam, & adaequatam rationem distinctivam inter eas personas, sequitur hinc in casu illius hypothesei illas non fore inter se personaliter distinctas...

ARTICULUS SECUNDUS.

Si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, adhuc realiter personaliter distingueretur ab eo, & probatur ex Concilio.

Hae est sententia Scoti, quae prius munita esset auctoritate deinde ratione, etiam adversarii fatentur, quod si ratione inspicimus, verior, & firmiter videtur Scoti sententia, quam D. Thomae, quandoquidem pro solita sententia Doctor nonnullas propositas rationes metaphysicas profusus insuclutabiles; at si auctoritates ponderemus Conciliorum, & Patrum longe probabiliorer dicunt, esse D. Thomae sententiam; hinc Valentia inquit, hanc quaestionem dupliciter tractari posse, vel metaphysice, vel Theologicè, & primo quidem modo veram esse auct. Scoti sententiam, secundo autem modo veram esse sententiam D. Thomae; Et quoniam factant Adversarii, hanc fuisse praecipuum rationem, quam Latini versantur contra Graecos, quod si Sp. S. non procederet a Filio, non distingueretur realiter personaliter ab eo, atque ita tolleretur Trinitas personarum, eo quod in divinis realis distinctio personarum processione attendatur, quae de causa alie conquiretur Ferchius, quod Scotus ejusque sectatores hoc argumentum suis debilitando impugnantibus quae, cit. 1. arma praebuerint Adversarii fidei catholicae, quibus se a Catholicis defendere possint, videndum est, quo argumento usi sint Patres in Concilio Florentino, in quo praecipue haec materia tractata Graecos discussa est; & quidem alia ratio non solet ex hoc Concilio asserri, nisi quae habetur scilicet, ut illis verbis Nam credentes Sp. S. ex Filio nequaquam procederet, necesse est, ut intelligant, Sp. S. a solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium; quia autem profertur Sp. S. Sanctum ex sola Patris persona procedere, hi procul dubio re substantiam ab hypostasi separant, & partem imaginantur divini substantiae, quod a ratione, fideque valde alienum pro creditur, ut testetur textum Concilii emulatum Radap. 1. controv. 15. artic. 2. cum subseribit Ferchius cap. 2. nu. 6. & hanc esse germanam Concilii lectionem, restatur Vasquez p. 1. dist. 4. ca. 3. ubi acriter invehitur in eos, qui ajunt, litteram illam,



illam, que in omnibus exemplaribus eadem est, esse mendosam & legendam, cum esse Filium, loco eius quod habetur, non esse filium; Sed hoc argumentum Latinorum non infert ex illa hypothese, quam de facto Græci admettebant, identitatem personarum Spiritus Sancti, & Filii, ut contendunt, qui volunt legendum, cum esse filium, sed infertur ab absurdo, securam distinctionem inter divinas personas, non tantum personalem sed etiam essentiali illis ultimis verbis, substantiam ab hypostasi separant, & partitionem imaginantur divine substantiæ, ergo Patres in eo Concilio dixerunt, argumentum contra Trinitatem personarum destruerent, ut ajunt Adversarii, sed præcisè ex identitate essentiali inter divinas personas, quasi Græci suo asserto destruerent unitatem essentiali; hoc enim significant illa ultima verba, substantiam ab hypostasi separant, & perinde ac si argueret Concilium, cum Filius eandem cum Patre habeat substantiam, adeoque & voluntatem, quæ est virtus spirandi (pro ut nondum intelligitur exiisse in actum) oportet etiam, quod eundem cum illo habeat virtutem spirativam, & spirationem activam; vel si hanc non habet, neque illam habebit, sed divina substantia ab hypostasi Filii erit separata; ergo Concilium nedum Scoti sententiæ non adversatur, sed et omnino favet, siquidem ait, ex illa hypothese securum nedum distinctionem realem personalem inter divinas personas, sed etiam essentiali.

205 Confirmatur hæc expositio ex eodem Concilio, ubi dicitur, quod postquam Latini hac ratione usi sunt, requisiti à Græcis, ut eam magis explicarent, his verbis eam exposuerunt; porro autem non identitatem, conjunctionemque divine substantiæ distribuere, ac ipsam eandem substantiam re non autem solam ratione ab hypostasi, & personis differre credere videmus, nec non ne quispiam credendo Sanctum Spiritum ex solo Patre procedere, tres in personis unam illam substantiam dividere mente concipiat; idcirco verbum (ex filioque) necessarium in simbolo diximus esse, in cujus rationis expositione ut notat accuratissimè Rada contra 14. ar. 2. non solum non dicit Concilium, quod si Sp. S. procederet à solo Patre, esset Filius, ut contendunt Thomisti, sed dicit, quod ex hoc, quod Filius à solo Patre procedat, sequitur, divinam substantiam tres in partes partitam esse, quarum una sit in Patre alia in Filio, alia in Sp. S. & ita secundum mentem Latinorum ex hoc, quod Sp. S. procedat à solo Patre, sequitur, quod Filius, & Sp. S. sint realiter distincti non solum secundum proprietates personales sed etiam secundum substantiam; & hoc modo nedum nostri exponunt, & intelligunt rationem illam Concilii, ut Rada cit. Smiling, & Faber dif. 28. n. 29. sed etiam Vatq. dif. 147. c. 3. ubi ingenue fatetur, Concilium nihil proferens favore oppositæ sententiæ, quod etiam fatetur Ariaggi, & alii Recentiores; cui ego addo, nedum non favore oppositæ, sed omnino nostræ assensuræ, siquidem ex illa hypothese securam affirmat, nedum distinctionem realem inter divinas personas, sed etiam essentiali, modo explicato, quare hæc ratio Conc. nedum non est contra Scotum, sed potius est ipsa Scoti ratio, qua utitur Concilium ad probandam Sp. S. processionem à Filio, ab ipso adducta ad idem probandum 1. d. 11. q. 1. ut notat Rada, & Smiling, ubi id ex eo probat, quia Filius habet communem cum Patre virtutem, & potentiam spirandi, nempe voluntatem secundam priusquam intelligatur exire in actum spirandi; ergo Filius spirat una cum Patre; consequentia patet, quia in divinis potentia non est ab actu separabilis, antecedens patet ex verbis Christi Jo. 16. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, ubi per ly omnia. Conc. Florent. dicitur, ut comprehenditur, quæcunque Pater habet sola paternitate excepta; additur verò in antecedente, quod Filius habet à Patre virtutem spirativam, prout quæ intelligatur exire in actum, quia ut intelligitur, jam exiisse in actum spirandi, non potest habere alium actum spirandi; & hinc eadem voluntas Sp. S. non est principii spirandi, quia ut est in ipso intelligitur, jam exiisse in actum spirandi, & in divinis non possunt esse plures productiones ejusdem rationis ex Seco quod 2. hæc est ratio Scoti loc. cit. adducta ad probandam processionem Sp. S. à Filio, ex quo cõstat, quam indignè dixerit Ferch. Scot. ejusque sectatores impeditæ catholicos disputantes contra Græcos, eosque rationibus exarmare.

206 Resp. Ferch. c. 2. n. 7. hæc esse non posse mentem Doctoris subtilis, quia in 1. d. 11. q. 2. tractans præfens quæstionem nec verbum habet de distinctione essentiali, rationes ejus videntur concludere, quod data ea hypothese, cum unitate esset stare ad huc distinctionem spiritus à Filio. Hoc tamen gratis omnino, & voluntarie dicitur, etenim in ea q. 2. verbum non facit de distinctione essentiali, quia de hac locutus erat q. 1. absoluit probando cõtrà Græcos processionem Sp. S. ex quo alioquin divine personæ distinguerentur essentialiter, & unitas essentialis aboleretur, cum quia in ea q. 2. de distinctione personalis sermo erat, & non amplius de essentiali, ut ex argumentis factis tam in prima, quam in secunda quæst. clarè fuerit, quod negata Sp. S. processionem à fi-

llo divine personæ inter se distingueretur, & personaliter, & essentialiter; unde omnino falsè est etiam ac voluntarie dictum, quod rationes secunde illius quæst. videntur concludere, quod cum unitate essentiali latet distinctio Sp. S. à Filio, etiam non procederet ab eo, quomodo enim id potuisset probare Doctor in q. 2. quando in q. 1. probaverat immediate antè divinam essentialitatem fore dividendam à Sp. S. non procederet à Filio; Urget deinde quoddam argumentum pro modò dilectissimè, quod præcedit Scot. & Scotistas cogere si admittant consequentiam Concilii de essentiali distinctione personarum ex Græcorum asserto deducta vel ad negandum si suppositò factum quæst. vel ad negandum, quod Sp. S. & filius distinguantur realiter; primum non negant, ergo debent negare secundum; quod quidè dilemma proferas frivolè est, nam Scot. & Scotistas ob consequentiam à Concilio deductam de essentiali personarum distinctione ex Græcorum asserto consequenter etiam concedunt, Spir. S. & Filium ex hypothese futuris personaliter distinctos, quia major illa distinctio infert hanc minorem. Quare videns hanc instantiam contra Scot. parum concludere, concludit tandem, quod si Scotus concedit, securum esse data hypothese à Filio; & Sp. S. distinguantur essentialiter, est cum Concilio, & cum S. Bonaventura in hac parte. Nescio tamen, in qua alia parte Scotus contra Græcos deducit sententiæ, quæ ut dixi, nunquam adversariis, quandoquidem ipse ad convincendum erotem Græcorum utitur eadem ratione, quam Concilium adhibet, non autem illi.

207 Et tunc neque in hac parte Scot. dissentit à Seraphico Doct. etenim ut advertit Smiling, nunquam ille hæc questionem tractavit, sed loco citato 1. d. 11. ar. 1. q. 1. disputationem contra Græcos instituit, & in quarta ratione arguens pro Latinis, & positione Catholica eam probat hac ratione, ducente ad impossibile, omnis distinctio personarum in divinis attenditur secundum relationem, & originem; ergo si Spiritus Sanctus non procedit à filio, nec è converso, nulla est ibi origo, ergo nulla est ibi mutua relatio; ergo nec distinctio; in qua ratione loquitur de facto, & de divinis personis, prout modo fuit, nulla facta suppositione impossibilitate que adeo assumit illud in hac ratione, quod omnes Theologi in hac materia concedunt, & concedere tenentur, personarum distinctionem de facto fundari in origine unius ab alia, quod sublata origine ad intra in divinis, consequenter sublata de facto intelligi personarum distinctionem; hoc, inquam, omnes Theologi fatentur, & solum discrepant in modo consequentiarum, Thomistis assensibus, id securum per locum intrinsecum, & consequentia formali, Scotistis verò, per locum extrinsecum à concomitantibus, & consequentia materiali; sed quomodo loquitur et sequeretur, sufficit ad convincendum Græcorum erotem, quod altero ex his modis deducatur per necessitatem consequentiam, quia sublato eo, sine quo de facto personæ in divinis abinvicem non distinguuntur, de facto distinctivum, sive non; itaque D. Bonaventura intelligi potest de distinctivo, sine quo de facto non esset distinctio personarum, hoc autem sensu non affirmat Scot. manifestam distinctionem, sublata origine inter Filium, & Spiritum Sanctum, sed loquitur de distinctione, que præcisè attenditur penes distinctivum formale; & omnino primum inter Filium, & Spiritum Sanctum ut patet ex Scoti rationibus artic. seq. adducendis; patet ergo, quomodo Scotus neque in hac alia parte à D. Bonaventura dissentit; reliquum deinde illius secundæ capituli infirmum Perchius ad probandam consequentiam Concilii, quod data hypothese sequeretur essentialis distinctio inter divinas, quasi vereretur, negandum fore à Scotistis; at fuit inanis timor, quia consequentia Conciliorum à Catholicis non negantur, etiam si non sint demonstrative probata, cum quæ eam consequentia satis probavit Doctor 1. d. 11. q. 1. an verò solide eam consequentiam probaverit Perchius, videatur Gavatius p. 1. cap. 1. illius opusculi, ubi exactè ejus rationes ad trutinam vocat.

208 Resp. alii, Concilium loc. cit. non hoc tantum inferte ab absurdo contra Græcos, quod necesse esset dividere unitatem essentiali in personas; sed etiam aliud, quod tolleretur personarum Trinitas, & realis distinctio inter Filium, & Spiritum Sanctum, quia tollitur inter eos origo unius ab alio; illud quidem absurdum de divisione essentiali infert in posteriori parte sui discursus, cum inquit, quia autem profertur, Sp. S. ex sola Patris substantia procedere, hi proculdubio re substantiam ab hypostasi separant, & hoc aut aliud, quod tolleretur realis distinctio inter Filium, & Spiritum Sanctum, infert in prima parte discursus, dum ait, nam credentes Sp. S. ex filio nequaquam procedere, necesse est, ut intelligat spiritum à solo Patre procedere, & consequenter non esse filium;

filium; mitto lectionem eorum, qui contendebant, legendum esse, & consequenter eum esse filium, tanquam omnino falsam, & nullum habentem fundamentum, & solum excogitatum, ut ait Vasquez ad calumniam Scori, & Henrici sententiam; itaque juxta vulgata lectionem, que in omnibus exemplaribus habetur, & negari non potest, in illa prima parte discursus Concilium infert ex positione Græcorum, non esse filium hoc est, quod vel Filius non daretur in divinis, vel saltem non daretur, ut persona distincta à Sp. S. Quod si dicas, illa verba, & consequenter non esse filium; intelligenda esse de Spiritu Sancto, ita ut sensus sit, ac consequenter Sp. S. non esse filium; Contra instat, quia infert ibi Concilium absurdum, quod ex positione Græcorum sequitur, ut negare Spiritum Sanctum esse Filium non absurdum sed catholicum est; aliquid ergo aliud ibi infertur, tanquam absurdum, scilicet vel Filium non dari in divinis, vel saltem non tanquam distinctum personaliter à Spiritu Sancto.

209 Ceterum hæc est mera evasio, & captivula, si enim talis esset sensus Concilii, quod in ea prima parte vellet, tanquam absurdum contra Græcos inferre, non esse filium, id est, Filium non dari, tanquam id sequatur ex eorum positione, planè doceret Concilium, Filium non per generationem passivam, sed per activam spirationem in suo esse personali formaliter constitutum, quod neg; Adversarii admittunt; Neque jam juvat dicere, quod vel sit inferte, tanquam absurdum, ex eorum positione sequi, non esse filium, id est, tanquam distinctum à Spiritu Sancto, quia hæc propositiones longe diverse sunt, non licet in textu Concilii, unam in alteram mutare. Tum, quia rationabile non videtur, quod Concilium, in uno, & eodem discursu, & ex eodem proferas antecedentem, ex positione Græcorum, dum absurdum infert, quorum unum est alteri destrucitivum; nam in prima parte discursus infertur, tanquam absurdum, quod Filius, & Spiritus S. non essent due personæ, sed una, & eadem persona; & in posteriori parte infertur illud absurdum, quod divine personæ essent essentialiter distinctæ, quia essentiali divideretur in eas sed unum istorum absurdum destruit aliud; si nulla est distinctio, sicut infertur in prima parte discursus, quomodo essentialiter distinguantur? & si essentialiter distinguantur, ut in posteriori parte infertur, quomodo sunt una, & eadem persona? Sed absque his captivulis sensus Concilii est planissimus, & in suo discursu hoc tantum absurdum intendit inferre contra Græcos, quod ex eorum positione sequeretur partitio divine essentiali; & cum in priori parte discursus dicebant, credentes, Spiritus S. nequaquam à Filio procedere, necesse est, ut intelligant Spiritus S. à solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium; hæc ultima verba de Spiritu S. sunt intelligenda, ut ferè ipsa contextus intelligentia, ac textura, ut sensus sit, & consequenter Spiritum Sanctum non esse Filium, etenim ille immediate antè fuerat nominatus, nec opus fuit illum cursum repetere, quare ly consequenter, sumi non debet per modum illationis alicuius absurdum, quod Concilium infert contra Græcos, sed per modum referentis Catholicam doctrinam, quam Græci cum Latinis admittunt, eoquebantur, nisi Mysterium Trinitatis ex eorum positione destrui videretur; & ita sensus Concilii planissimus est absque ulla violentia, vel extorsione ut Vasquez declarat disp. 147. c. 3. & nos jam diximus quæst. præced. n. 138.

210 Secundo principaliter hoc idem confirmat Gavatius opuscul. cit. p. 1. cap. 2. in fine auctoritate Concilii Toletani 6. & Eugenii in litteris unionis in illo enim habetur, Spiritum verò Sanctum neque genitum, neque creatum, sed de Patre, Filioque procedentem, ubi quæ esse Spiritum, ac per hoc substantialem unum sunt, quia, & unus ab utroque procedit. Eugenius verò Papa loc. cit. habet, & quoniam omnia, que Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo genuendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus S. procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genuit esse Bessationem etiam in oratione pro unione in Concilio Florentino ad Patres Græcos post plurimas publicas cum Latinis disputationes, duntaxat habita, quæ ob gravitatem veritatis in ea contenta dicta vulgò est ac inscripta, dogmatica, cap. 6. ex septima Synodo refert; non quia nos dicimus, Spiritum Sanctum per Filium prodire, idè aut. esse, aut manifestatur substantia identitas; non enim per nos, neque per nossum dicendi modum divina essentia divinis unatur; aut manifestatur personis, sed quia est essentia identitas; idè prodire dicitur, & prodire per Filium Spiritum, hoc autem Latini etiam dicunt, inquit Bessation; quia enim eadem est essentia Patris, & Filii, & omnia Patris Filius etiam habet, præterquam, quod non est Pater, idè etiam hoc ipsum habere asseverat, quod ex eo, vel per eum Spiritus procedat. Constat igitur & ex decreto Eugenii, & ex orationibus, quam ad ipsam Concilium habuit Bessation Patriarchæ Constantinopolitanus de unione Ecclesiæ Græcæ cum Latina eam fuisse rationem Concilii ad probandam processionem Spiritus Sancti à Filio, quæcunque Pater habet, habet Filius à Patre; sola excepta Paternitate, quod verum dicitur in sent. Tom. 1.

non esse, & Spiritus, ab ipso quoque non procederet; & hæc eandem rationem adhibuit Conc. Tol. 6. ergo ex identitate essentiali inter divinas personas processionem Sp. S. à Filio deducunt Concilia, non verò ex distinctione personali inter Filium, & Spiritum Sanctum, ut argunt Recentiores; ergo ex Conciliis manet inconcussa Scoti sententiæ, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, ad hæc realiter distinctingeretur ab eo, nedum personaliter, sed etiam essentialiter.

211 Tertio probatur ex Patribus, qui omnes ad probandam processionem Sp. S. à Filio hæc semper eadem ratione utuntur, quam Concilia, & Scot. adhibuerunt ex identitate essentiali inter personas deducam, & nunquam ex distinctione personalis Filii, & Spiritus Sancti, quasi hæc destrueret ex negatione processionis huius ab illo; quæ auctoritates etiam ipsi Adversarii referunt per extensum ut videri potest apud Fasol. & alios q. 26. art. 2. dub. 1. Ambrosii lib. 2. de Spiritu sancto cap. 12. paulo post principium ait, omnia de Filio Sp. S. accipit, accipit autem per unitatem substantiam, sicut accipit à Patre Filius, ille (inquit) non clarificabit, quia de meo accipiet, omnia, quæcunque ibi Pater, mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet, idem habet Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in lo. cap. 1. post medium, ut referant Fasol. & Amicus; Ansel. Epist. de processionem Sp. S. contra Græcos capit. 8. cum legitur, illum à Patre procedere, de quo ait Filius, ego, & Pater unum sumus, confiteantur nobiscum propter identitatem essentiali Patris, & Filii illum à Filio etiam auctoritates ex nostris adducit, & ponderat Gavatius p. 4. cap. 2. per totum illud cap. Conf. quia ex veris Scripturæ locis solet probari à Latinis processio Spiritus Sancti à Patre, & Filio, nimirum ex illo lo. 6. ubi Filius loquens de Spiritu sancto ait, me clarificabit, quia de meo accipiet, omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, quod explicans Nazianzenus tractatu de fide in fine ait; Inse dominus Salvator de meo inquit, accipiet, ex eo utique, quod est Filius, quia Filius de eo, quod Pater est, quæ est ratio ex aliis Patribus, & Conciliis proximè insinuat; Probat etiam Islet ex locis Scripturæ dicentibus, Sp. S. mitti à filio, & rursum ex aliis, in quibus Spiritus S. dicitur Spiritus Filii, ut Ioan. 15. Spiritum veritatis & Gal. 4. Misit Deus spiritum Filii sui in corda vestra, nullus tamen affertur ex Scriptura locis significans processionem Sp. S. à Filio, eo quia alioquin non distingueretur personaliter ab eo; ergo hæc ratio, quæ adeo exaggeratur ab Adversariis, ut unicuique fundamentum Catholicorum contra Græcos in hac materia de processionem Sp. S. à Filio, nullum habet fundamentum, nec in Scripturis, nec in Conciliis, nec in Patribus. Denique etiam Adversarii, quando ratione probant hæc articulum contra Græcos, duplici utuntur ratione, una à priori, altera à posteriori. Prima est, quia Pater per generationem omnia communicat Filiis, sola Paternitate excepta juxta illud Mat. 11. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, quod à Conc. Florent. sessult. exponitur omnia præter Paternitatem; ergo communicat quoque vim spirandi; atqui impossibile est, existere eam vim spirandi in Patre, & Filio, & cum ordine prioritatis ad actum Patrem spirare Sp. S. & simul illum non spirari à Filio; igitur impossibile est, Sp. S. non procedere à Filio. Alia ratio, qua utuntur, est a posteriori, & ducens ad impossibile, de qua est præfens quæst. quæ alioquin non salvaretur realis distinctio Sp. S. à Filio, quia omnis distinctio personarum in divinis attenditur penes origines; at sola prima ratio fundamentum habet in scriptura, Conciliis, & Patribus, ut visum est, altera verò minime; nam quævis eam fundant in eo, quod dicunt, esse commune Theologorum axioma, in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio, aiantque deduci ex Conciliis Florentino, Toletano, & Ansel. Boetio, August. Gregorio Nysseno, & aliis Patribus, falsum tamen est, hoc ab eis asseri, aut saltem in sensu ab eis pretenso, quod inter personas distinctas debeat esse originis oppositio, ut primum, & formale eorum distinctivum, quo scilicet, & per intellectum præcisè non amplius illa persona intelligeretur personaliter distincte; ut confabrit ex paulò infra dicendis; ergo omnino immerito calumniaunt nostros, quod exarmarent, & impediunt Catholicos contra Hereticos pugantes in hoc articulo, dum eis demonstrant, hoc argumentum a posteriori validum non esse, sed uti debere ea ratione à priori, quam adhibent Concilia, & Patres, & indicat expressè Sacra Scriptura, & Scot. adduxit 1. d. 11. q. 1.

ARTICULUS TERTIUS.

D. Anselmi testimonia producentur.

212 Varto, quoniam inter Patres nemo exactiss, & solidiss hæc materiam in Græc. discusso Anselmopotè qui in Concilio Barenfi interfuit; in quo hæc potissimum controversa